

100





500. Merckelbach, Thom.,

Privilegiorum materia.



44/60998



380144160998(6)

Virtus  
Chris

*to J.*

# Priuilegiorum

*Materia tam ex Iure scripto; quam Interpretum traditionibus hinc inde collecta,  
et in certas conclusiones methodicè redacta:*

*Quam,  
DEO OPT. MAX. IVVANTE:*

*EX DECRETO AMPLISSI-  
MI IURECONSULTORUM ORDINIS IN  
INClyTA BASILIENSÌ ACADEMIA, AD  
CONSEQUENDUM DOCTORATUS IN VTRIQUE  
IURE GRADUM, INSTITUTâ DISPUTATIONE  
PUBLICâ EXCUTIENDAM  
PROPONIT*

*THOMAS MERCKELBACH,  
SUSATENSIS.*

*In aula IURECONSULTORUM*

*Ad diem 13. Septemb. hora consueta.*

*BASILEÆ,  
TYPIS CONRADII VALDKIRCHII.  
CIO IC XCV.*

*Virtutibus atq; eruditissime ex cultissimo iuveni Dn  
Christophori Nelsoni. Et studiis populari.*

*AMPLISSIMIS,  
CLARISSIMIS, PIETATE, DOCTRI-  
NA VIRTUTUMq; SPLENDORE PRAEFLAN-  
TISSIMIS VIRIS;*

Dn. SIMONI MICHAELIS p[er]cele-  
bris Susatensis Reipub. Procon-  
fuli prudentissimo;

Dn. SIMONI TOELMANNO I.V.  
Doctori, Aduocato excellentissi-  
mo;

Dn. PETRO MERCKELBACH eius-  
dem Susat. Reip. Syndico & Se-  
cretario dignissimo;

*Suis Dominis Affinibus & Patruo cariſſe-  
mis, summeq; colendis:*

Inauguralem hanc disputationem,

*In publicum obseruantiae amoris atq; debitis  
gratitudinis testimonium  
officione*

Dicat & vovere

*Thomas Merckelbach.*  
*38/44/60998(6)*



Z.

## CONCLUSIONES DE PRIVILEGIIS P R A E F A T I O .

**E**legans, difficilis inque quotidianum vsum crebrò in-  
currens priuilegiorum materia: minùs tamē ob quan-  
dam sui quasi infinitatem disputando frequentata est. Ope-  
ræ precium itaq; me facturum putavi, si ea, quæ tum in Iure  
Scripto, tum à Doctoribus nostris sparsim hac de re tradun-  
tur, in vnum cōportata fasciculum, certis positionibus cir-  
cumscriberem, inq; eorundem veritatem solenni disputa-  
tione paulò altius inquirerem. Illud autem hīc præmonen-  
dum duxi, neutiquam in singulis iure nostro, expressis pri-  
uilegiorum postebus; Sed vniuerso duntaxat genere præ-  
sentem occupari dilpurationem: Quæ verò priuilegia cor-  
pori iuris clausa attinguntur, eorum obiter, & quasi per  
transennas, exposcente ita ordine, mentionem factam esse  
volumus.

---

### C O N C L V S I O   I.

**D**iuilegium a inde dictum, quod in priuato feratur,  
b vel quod priuatam singulis legem tribuat, c sic  
definimus, ut sit ius singulare d contra commune  
e certà de causa indultum.

a quod differt à beneficio, rescripto, mandato, dispensatione,  
Vide post gloss. Bart. &c. alios præcipue Iasonem n. 25. & seqq. in l.  
beneficiū 3 ff. de constit. princ. b c. priuilegia dist. 3. Pet. Vanderan. de priuileg. credit. cap. 2. c vlt. vers. priuilegia namq; 25.  
q. t. c. non exemplo. 26. q. 2. aliter priuilegij vox sumitur in illa l. *aliquoties omnia  
est invenit p. 25.*  
12. tabularum: Priuilegia ne irroganto Cuiac. 15. obs. 8. d l. ius  
singulare 16. ff. de ll. e d. l. ius singulare l. in f. ff. ad municipal. l.

vnic. C. de thesaur.lib. 10.c. abbate §. contra ext.de V. sig. c. in his  
ext.de priuil. & excessi pri. Hostiens. in summa h.tit.P. Peckius in  
c.priuilegium n 7.de R.Iur.in 6.

I I.

Priuilegiorum varie à Dd. enumerantur species; a qua-  
rum illæ potiores sunt: quod quedam sunt realia, quedam  
personalia. b

a Vid.P.Peck. in d. c.priuilegium in verb.personale & Hosti-  
ens. in summa h.t. b tex.in l.priuilegia 196.l.in omnibus 68 ff.de  
R.Iuris & in d.c.priuilegium vbi etiam Peck.

I I I.

Realia sunt que rei, a vel causa siue generi actionis conce-  
duntur: b Personalia que personis. c

a Veluti dignitati Coftal.in l.princeps 31 ff.de legib. Ecclesiæ,  
vniuersitati, ciuitati, loco, ordini, &c. l.ætatem 3. §. i. l. forma 4. §.  
quoniam ff. de censib. l. i. §. permittitur al. §. ei datur ff. de aq.  
quotid. c. cum venissent & ibi gl.de institut. c. cum olim. de con-  
fuetud. Menoch.3. præsumpt. 103. n. 24. vbi allegat. Zaf.lib. 2 sing.  
respon. c. 4. in f. Idem Zaf.valde pulcrè in l.maritum n. 22. & seqq.  
ff. fol. matr. facit huic proponebatur. ff. de iudic. b d.l.in om-  
nibus d.l.priuilegia de R.Iur. c d.l.in omnibus d.l.priuileg. d.c.pri-  
uilegium de R.L in 6.

I V.

Illæ regulariter perpetua sunt, nec cum persona extingui-  
tur, sed cum re & causa transeunt: a hoc non item: neque  
eodem modo se habent omnia.

a d.l.in omnibus & d.l.priuilegia ff.de reg. Iur. & ibi Dec. Ca-  
gnol.& alij d.l 3. §. i. & d. §. quoniam d. l. i. §. & datur interdum  
43. ff.de aqua quotid.

V.

Conceduntur autem personis priuilegia varie: nam aut  
sigillatim cuiusq; nomine expresso, veluti Titio, Seio: aut com-  
muniter cum certâ qualitatis designatione priuilegia certis  
personis indulgentur, veluti minoribus, militibus, profes-  
soribus, &c.

P. Peckius in d.c.priuilegia Hostiens. ext.h.tit.Cuiac.15.obs.8.

Illo casu

## V I.

Illo casu personam priuilegiorum non excedit priuilegium, etiam si obtenta dignitatis concessum fuerit: a hoc casu si quidem proxima concessionis causa fuerit personae conditio, idem dicendum: secus si alia fuerit priuilegij ratio. b

a Hostiens. ext. h. t. verf. singulariter c. ad hoc ext. de vnu pall. c. bonæ 2. de post. prælat. tex. cum gl. in c. quoniam de off. deleg. nisi in casu specialis fauoris c. vlt. §. pen. & vlt de off. deleg. b Ita Dynus in d. c. priuilegium nu. 2. & seqq. Peckius ibid. n. ro. Decius in d. l. in omnibus n. 3 & 4. de R. I. Signa autem ex quibus in dubio cognosci possit, personam ipsam esse causam proximam & im- mediatam concessionis, & sic priuilegium personale plenè con- gessit. Menoch. d. præf. 103. n. 2. & seqq.

## V II.

*Aut deniq; certe alicui familiæ vel generi aut posteris pri- uilegium datur: quo casu etiæ perpetuum sit: a tamen ad eos, qui ex fæminis nati sunt b imò ne ad ipsas quidem fæ- minas, si maritatas sint, c extensionē eiusdem concedimus.*

a tex. expressus in l. 4. ff. de iur. immunit. b l. 1. §. vlt. de iur. im- munit. l. vacatio 13. de mun. & honor. gl. in l. si ita scriptum sit, filia- bus ff. de leg. 2. Gail. 2. obf. 2. n. 16. vbi tamen aliud esse dicit, si ali- cui pro se & descendantibus datum sit priuilegium. c Iaf. in l. cum quædam num. 3. ff. de iuris d. Bart. in l. quoties C. de priuileg. Schol. lib. 10. facit tex. in c. is qui §. fin. de sepult. in 6. Sichard. ad Rubr. nu. 44. C. de iure Emphyt.

## I I X.

*Sed utrum y, qui ex familia, genere vel posteris sunt, con- junctim & simul omnes, an potius ordine successivo ad priuilegium admittantur? prius plausibilius & iuri magis consen- taneum, dummodo priuilegium simul & semel possit esse plurimum.*

Iaf. in l. Gallus §. quidā recte n. 46. & seqq. ff. de lib. & posthum.

## I X.

*In dubio autem non facta heredum mentione in priuilegij concesione, utrum priuilegium reale, an potius personale esse præsumetur? quod magis est: a nisi per modum remune-*

3.  
Sic pallium si ad  
monachos & fratres de  
secula transire

*rationis aut etiam contractus, non per modum gratie facta  
erit concessio.* b

a l.i. §. i. l. semper 5. §. immunitati ff. de iure immunit. gl. & Dd. cōmuniter in c. venissent de institut. Ias. in l.i. n. 19. de constit. prin-  
cip. Dd. & præcipue Alex. in l. quia tale ff. sol. matr. Ias. in l. si sic  
stipulatus 2 n. 12ff. de verb. oblig. b Tiraq. in l. si vñquain verb.  
donatione largitus nu. 48. C. de reuocand. donat. Menoch. lib. 3.  
præsumpt. 103. nu. 13. 14. & 20. tex & ratio in l. si pactum ff. de pro-  
bat. l. viam veritatis C. locat. l. veteris. C. de contrah stipul. Ias. in  
d.l. si sic stipulatus n. 13. An. Graill. 2. obs. 2. nu. 13. & seqq. Contradi-  
cunt Ioan. Andr. in d.c. priuilegium. Ias. cons. 89. col. 2. vers. secun-  
do facit lib. 3. Alciat. cons. 205. num. 22. Natta cons. 164. n. 20. vers.  
ad ista omnia perl. l. ff. de constit. princ. Dissentit etiā P. Peck. in d.  
c. priuilegium n. 7. cir. fin. vers. an autem.

### X.

*Rursus priuilegiorum alia sunt generalia, alia specialia:  
a Generalia dicuntur communia alicui generi personarum,  
vel uniuersitati in cōmune: b eorumq; quedam sunt clau-  
sa in corpore iuris; quedam non. c*

a Hostiens. in sum ext. h.t. Math. Colerus in tr. de process. exe-  
cut. p. i. c. 4. n. 4. per tex. in c. sanè vbi gl. ext. h.t. fac. l. leges vt ge-  
nerales in pr. iunct. §. fin. C. dell. b Coler. d. loco vbi citat Fr. Lu-  
canum in tr. de fisco nu. 3. aliter has species definit Hostrensi. in d.  
sum h.t. c Colerus & Lucanus vbi §. Costal. in l. hæres absens  
19. ff. de iudic.

### X I.

*Specialia sunt, que certis & singulis personis conceduntur.*

d.l. priuilegia 196 l. in omnib. 68. ff. d.R. l. §. sed & quod prin-  
cipi vers. planè inst. d. iur. nat. gent. & ciu. d.l. l. §. l. & ibi Ias. & Dd.  
communiter de constit. princip.

### X II.

*Ad cauſsam efficientem priuilegiorum, quod attinet, du-  
biū non est, quin Papa & Imperator priuilegium conferre  
possint; alter in spiritualibus a in secularibus alter. b*

a Hostiens. in sum. ext. h.t. §. quis possit priuilegiū c. propo-  
suit ext. de concess. præbend. An & quatenus in temporalibus se  
Papa intromittat vid. text. & gl. in c. nouit ille vers. iurisdictio-  
nem de iudic. & in c. cauſsam el. 2 ext. qui filij sint legit. Hostrensi.  
in sum.

4.

in tum. de appellat. §. a quo & ad quem. verific. led pone. b 1.1.9.  
vult. & ibi Ias. & Dd. de cōst̄it. princ. d. §. sed & quod principi inst.  
de iur. naturali gent. &c.

### X III.

*An verò Imperator ante Coronationem priuilegia dare  
possit, iam olim agitata fuit controuersia: In qua decisio affir-  
mativa magis arridet.*

Spec. tit. de Rescr. præsent. §. ratione autem causæ num. 17. vers.  
item quod obtentū. & ibid. in addit gl. in elem. de iureiu. in verb.  
reges. Salyct. in l. bene à Zenone. num. 7. C. de quadr. præscr.

### X IV.

*Sic de priuilegijs & concessionibus absente Imperatore à  
vicario eius, seu Romanorum Rege datis, an valeant quesiti-  
um est. ubi itidem affirmativa, tam ex Caroli IV. aurea Bul-  
la, quam alij Imperij constitutionibus & iure communi de-  
fendi potest.*

l. 2. C. de off. eius qui vic. & Alex ad Rub. de off. eius cui, &c. gl.  
in l. more maiorum verb. alieno ff. de iurisdict. Rolan. à Valle cōf.  
86. n. 33 & seq. vol. 5.

### X V.

*Nec tantum hi, sed & alij his inferiores magistratus qua-  
tenus ius statuendi, eatenus & priuilegiū indulgendi potesta-  
tem habent.*

Hostrenſ. d. loco §. quis possit priuilegium n. 6. c. constitutus &  
ibi gl. in verb. à quocunq; de relig. dom. c. quanto de his que fiunt  
à p̄lat. c. venerabilis de censibus. P. Peckius in c. decet nu. 3. de  
R. I. in 6. vid. gl. ad pr. 25. q. 1.

### X VI.

*Quid tamen si priuilegium ab eo, qui potestatem conceden-  
di non habeat, concessum fuerit, an ex superuenienti iure con-  
cedensi id ipsum confirmetur? Sic voluit Baldus.*

arg. l. si seruo 20. ff. qui & à quibus man. ex quo tamen tex. con-  
trarium potius adstruere licebit, prout etiā tradit Bolognet. ibid.  
& not. apost. ad gl. d. l. si seruo.

### X VII.

*Denique consuetudo etiam priuilegium tribuit; a ut &  
præscriptio, præserium in memorialis; b per quam solam pri-*

*uilegia maiora, que Regalia dicuntur, contra Imperatorem  
præscribuntur.* c

a l. vlt. C. de emancip. liber. d. c. nouit ille & ibi gl. verb. cōsue-  
tudinem de iud. c. cum dilectus de consuetud. l. vlt. C. vestigal. no-  
ua. &c. Myns. 5. obs. 29. nu. 6. b l. hoc iure 3. §. ductus aquæ de aq.  
quot. & æstiu. tex. in c. super quibusdam §. præterea & ibi gl. in  
verb. non extat memoria de v. sign. c d. e. super quibusdam §.  
præterea de V. S. Bart. in l. si publicanus §. fin. de publican. Ioan.  
Borcholt. in c. vnic. n. 15. & seqq. quæ sint regal. in vñb. feud.

X I I X.

*Porro in omni priuilegio concedendo iusta debet subesse  
causa.*

tex. & gl. in c. sanè ext. h. t. c. petijisti 7. q. 1.

X I X.

*An autem in principe priuilegium concedente iusta pre-  
sumatur causa? Dd. variant. Et siquidem contra ius natu-  
rale vel gentium quid statuerit, negamus: a si contra ius  
posituum, ita demum iustam causam præsumi affirmamus,  
si princeps expressa clausula motu proprio, ex certa scientia  
vel de plenitudine potestatis quid rescriperit. b*

a Bal. Panorm. Felin. & Dec. in c. quæ in Ecclesiarum de con-  
stit. Ias. in l. quo minus nu. 7. ff. de flumin. A. Gail 2. obs. 58. in princ.  
b Ias. d. l. quo minus nu. 5. vbi multos allegat. Gail d. obs. 58. nu. 3.  
Ioan. Borcholt. in d. c. vnic. quæ sint regal. vbi de virtute harum  
clausularum differit. Menoch 2. præsumpt. 10. nu. 10.

X X.

*Diversum est, si ad postulationē partis, quod in dubio præ-  
sumitur, a à principe concessum sit priuilegium: b quo ca-  
su non ex iusta causa, sed importunitate potius supplicantis,  
eiusq; ex falsis narratis principē motū esse, præsumptio est.* c

a tex. in c. si motu proprio inf. de præbend. in 6. Ias. in l. 1. n. 17.  
C. de SS. Ecclesijs. nisi priuilegium per viam legis vel statuti con-  
cessum, aut postea in corpore iuris clausum esset, vid. omnino Ias.  
in l. si quis iniquum nu. 8. & seq. ff. quod quisq; iuris in alter. Iac.  
Menoch. lib. 2. præsumpt. 13. per tot qui plures adfert restrictio-  
nes. b Dd. in locis §. thes. proxima allegatis gl. communiter ap-  
probata in l. relegati in f. ff. de pœn. Dd. in l. rescripta. C. de prec.  
Imp.

b. Sril 2  
obs. 1

G.  
Imp. offer. & tex. notab in l. i. C. de petit bon. sublat. lib. 10. c. fin. &  
ibid. in pr. de rescr. in 6. c. de religios. dom. c. cum in iuuentute  
§. cæterū. de purgat. can. c. detestando de concess. præben. in 6.

### X X I.

Hinc sub & obreptionis exceptio huiusmodi priuilegijs &  
rescriptis principum; a vt & mandatis, quamvis sine clau-  
sula, in Camera Imperiali (que summi principis vicem repræ-  
sentat) obtentis, obisci potest. b

a l. 2. 3. 4. 5. &c ibi Dd. passim C. si contra ius vel vtil. pub. Dd. in  
d. l. rescripta C de precib. Imp. offer. quia omne rescriptum habet  
clausulam. Si preces veritate nitantur l. vlt. C. de diuers. rescr. Gail. d. obs. 58 nu. 3. iure ciuili expressam. d. l. vltima. Canonico  
subintellectam. c. ex parte el. i. de rescript. VVesemb. in par. C. si  
contr. ius vel vtil. pub. n. 2. Cuiac. in par. C. de diuers. rescript. Vi-  
de etiam Panorm. in d. c. ex parte. n. 9. b Gail. l. obs. 14. fac. c. cum  
olim de sent. & re iud.

### X X I I.

Vitum subreptionis tacitā veritate, vel confusā ac perple-  
xā eiusdem narratione: obreptionis expressā falsitate com-  
mitti: hoc maius; illud minus: hoc ipso iure: illud ope exce-  
ptionis rescriptum vitiare plerig. censuerunt: a quam ta-  
men distinctionem iuris vtpote autoritate destitutam non  
agnoscimus. b

a VVesemb. in par. nu. 3. & 8. C. de precib. Imp. offer. Tib. De-  
cian. in cōf. 29. nu. 58. & 59 vol. 2. per plures authoritates. b Me-  
noch. de arb. iud. quæst. cas. 201. nu. 9. & seqq. Ioseph. Mascard. de  
probat. conclus. 1123. nu. 2. facit tex. in l. i. C. si nupt. ex rescript. pet.  
& l. sed si hac lege. §. patronum ff. de in ius voc. quod & ante hos  
docuit Ias. in princ. l. præscriptione. C. si cont. ius vel vtil. pub.

Cof. in l. 10. 1<sup>ra</sup> po  
L 2 de in 2  
ubi sit se pugna  
Legit. mag. post in  
vrat. Dant p. t. in  
non cogi in impo  
tius manuon  
facon de la leg  
nos

### X X I I I.

Ad effectum enim irritandi Rescripta par virtus sub &  
obreptionis: Etsi interim non inficias eamus inter rescripta  
gratia & iustitia, atq. ita ad lites, hoc discriminis constituen-  
dum, ut hec ope exceptionis; illa ipso iure viventur.

Menoch. d. cas. 201. a nu. 16. vsq; 22. per tex. in c. si motu proprio  
de præbend. in 6. d. l. præscriptione. Qualitates autem istæ, qui  
bus non expressis tam iustitia quam gratia rescripta reddantur

B

= = =

subreptitia accuratissimè enumerantur ab eodem Menoch. d.  
cas. 201. & cas. 202.

### X X I V.

*Iuris tamen communis subreptio priuilegium vel rescri-  
ptum non vitiat: cum hoc modo Imperator, qui omnia iura  
in scrinio pectoris habere censetur, decipi non posset.*

Ias. in d.l. præscriptione n.10.l. omnium.19. C. de testam. c. 1. de  
constitut. in 6.

### X X V.

*Sic nec lite pendente priuilegium obtentum valet: a sed  
an valeat lite finita vel in futurum? qua in re nos distinctio-  
ne expediemus. b*

a Spec. tit. de Instr. edit. §. nūc autem videndum n.5. vers. item  
opponitur per c. fin. & ibi Abbas ext. vt lit. pend. c. dudum. ext. de  
priuileg. c. 1. & ibi gl. ext. de confirm. vtil. vel inutil. c. caussam. de  
testib. b vid. Abbat. in d. c. fin. vt lit. pendent.

### X X VI.

*Præterea ad formam priuilegiorum a scriptura requira-  
tur, intricata est disceptatio. Negatiuam, quatenus quis de  
forma substantiali hoc intelligere velit, intrepide sequimur.*

tex. cum gl. in c. institutionis 25. q. 2. verb. præsentia. Menoch.  
de arbit. iud. quæst. cas. 420. num. 25. contrarium innuit gl. in c. 1.  
de censib. magna tamē priuilegia scripturam require Bald. no-  
tavit, quem refert Ias. in I cūm proponas 1. nu. 9. C. de pact. vid.  
Abbat. n. 3. & Felin. nu. 5. in Rubr. ext. de constitut. & quæ not. D.  
VVesemb. in par. C. de LL. & constit. princip. nu. 5.

### X X VII.

*Priuilegium cūm sit stricti iūris, a strictè quoq. est inter-  
pretandum & in sua forma & tenore, qui diligenter inspicie  
debet, præcisè seruandum. b*

a c. porro & ibi gl. ext. hoc tit. Ias. in I. Gallus §. si filium n. 43. ff.  
de lib. & posthum. Idem in l. 3. n. 32. ff. de constit. princ. Gail. 2. obs.  
2. n. 14. latè VVesemb. cons. 1. n. 56. vol. 1. b d. c. porro l. quicquid  
astrigendæ 99. ff. de v. oblig. Dd. præ alleg. loco: nisi per priuile-  
gium ad ius commune fiat reductio: quo casu latè interpretan-  
dum est. Dec. in d.l. in omnib. n. 11. ff. de R.I. Ant. de Butrio & Pa-  
normitan. in c. olim per ill. tex. de v. sig. Ias. d.l. 3. n. 32. de con-  
stit. princip.

Hinc

V. c. in his de  
posit. & quæ  
præstat.

### X X I I X.

Hinc in priuilegijs nec de persona ad personam, a nec de loco ad locum, b nec de contractu ad contractum c sit extensio.

a c sanè ext h.t. Dec. d.l. in omnibus num. 6. & conf. 516. P. Peckius elegáter in d.c. priuilegia n.7. verb. extinguitur tex. in l. quia tale ff. sol. matr. Gail. 2. obf. 144. nu. 8. quod tamē Menoch. 3. præsumpt. 103. n. 46. haçenus admittit, si priuilegium sit personale: secus si reale: allegat Roman. cōf. 246. n. 4. Alex. conf. 114. n. 5. vol. 4. Crauet. conf. 239. nu. 4. b Bal. in l. 1. C. de legib. Dec. in d.l. in omnibus n. 6. & ibid. Cagnol. n. 8. Colerus de proces. execut. p. 1. cap. 4. n. 17. c Dec. in d.l. in omnibus n. 7. Angel. conf. 272.

### X X I X.

Planè ne priuilegium reddatur inutile, ad personas accessorias, veluti domesticos, familiares, ministros, castaldos, factores & nuncios priuilegiatorum extenditur.

Tex. in l. si stipulatus. III. ff. de v.o. c. licet. §. cum conceditur h. t. in 6 Specul. ad tit. de cleric. coniug. n. 5. Decius pulchré in d.l. in omnibus n. 8. 9. & seqq. Cagnol. ibid. n. 12. Gail. 2. obf. 68. n. 6. Idē in tract. de arrest. cap. 8. n. 10. VVesemb. conf. 50. n. 22. vol. 1. Zaf. in l. maritum n. 28. ff. sol. matr.

### X X X.

Ratione correlationis sit etiam extensio, si modo id ratio patiatur: unde priuilegium tributum actori, Reo quoq; concessum intelligitur: priuilegiū mariti uxori eius, & vice versa.

Vide Ias. & Zaf. in l. non tantum ff. de re iud. Costal. in l. princeps 31. ff. de legib. vbi tractat, an priuilegium principis Augustæ communicetur.

### X X X I.

Sic & in connexis indiuiduisq; alter alterius gaudet priuilegio. a Vnde nec clericus bona communia cum fratribus vel nepotibus indiuisa tenens, dummodo diuidua, prætextu priuilegiū sui in totum ea à collectis & muneribus eximere posset. b

a l. si communem 10. ff. quædam seruit. amit. l. vnic. C. si in com. eadem caussa. c. sacris. §. fin. de sepult. Menoch. 1. Rem recuper. nu. 375. Gail. lib. 1. de pac. pub. cap. 6. n. 17. & seqq. & in tract.

de pignor. obs. 20. n. II. & seq. b. 1.3. §. fin. ff. de mun. & honor. Specul. de cler. coniug. nu. 13. & 14.

### X X X I L

*Quid si priuilegium alicui pro bonis suis, vel respectu certorum bonorum concessum sit, an ad futura seu post modum quæsta extendatur? Negamus.*

Vid. Cagnol. d.l.in omnib. n. 10. adde gl & tex. in c. quia circa in f. ext. hoc tit. quia priuilegium ad futura, nisi id nominatim cautum sit, non porrigitur. Iaf. in l. si stipulatus fuerim §. cum stipulamur n. 9. ff. de V. O. Cyn. in l. omnia. C. de Episc. & cleric. Panor. & CC. communiter in c. cum capella ext. h. tit.

### X X X I I I.

*Sic nec ad incognita priuilegium, quantumvis amplum extenditur: Ideoq; priuilegium immunitatis alicui generaliter indultum non includere casum, publice necessitati contrarium, rectè decisum est.*

1853

J. J. Sacay  
D. p. c. —

Videatur Iaf. in l. si ex toto ff. de leg. i. tex. & ibi gl. in c. peruenit, de immunit. Eccles. Mynf. 4. obs. 70. vbi plures allegat Cacheran. decis. 39. fac. tex. l. i. C. vt nem. lice. in empt. spec. &c. lib. 10.

### X X X I V.

*Clausula verò in principio, medio, vel fine priuilegij posita, an ad uniuersum priuilegij tenorem, eiusdemq; capitula referatur, distinctionem exigat; quam tradit Specul.*

d. §. nunc autem videndum num. 8.

### X X X V.

*Deinde ea quoq; in omni priuilegio est adhibenda interpretatio, ut quam minimum iuri communi deroget, a ne iniquitatem contineat, b. & ut sine damno & iniuria teritiy intelligatur. c.*

a. c. cum dilectus §. quia nobis de consuetud. Gail. in tr. de arresto cap. II. n. 2. b. Iaf. in l. fin. n. 20. de constit. princ. etiamsi princeps rescribat cum clausula, motu proprio, vel de plenitudine potestatis. Iaf. in l. ex facto nu. 5. ff. de vulgar. d.l. fin. n. 20. de. constit. princ. c. pastoralis ext. h. t. c. licet de off. ordin. c. supereo. 15. & ibi gl. in verb. intentionis de off. & pot. iud. deleg. l. 2. §. merito & §. si quis à principe ff. ne quid in loco publ. l. impuberi ff. de administr. tut. l. cum filius 28. ff. de testamento mil. Iaf. in l. de inofficio

VI. 9.  
n. 7

5. 11.  
n. 11  
C. 4. 1.  
princip  
princip

cioso C.de inoff. testamēto. Gail. 2. obs. 42. n. 10. Mynf. 5. obs. 9. n. 8.

X X X V I.

Secundum id tamen, quod verba sonant, & ex proprio suo significatu importare possunt, intelligi debet priuilegiū etiam alteri nociaum: a maximē verò si sit inserta clausula. Non obstante præjudicio & damno tertij. b

a tex. in c. ad audientiam 13. & ibid. Panor. in. 1. & 2. notab. de præscript. Ias. in l. non dubium. 41. C. de legib. vt & statutū A. Gaill. 2. obs. 79. n. 4. b quæ tamen, quantum eius fieri potest de paruo præjudicio tertij accipi debet. Ias. post alios nu. 23. & seq. in l. 3. de constit. princ. Idem in l. quoties n. 3. C. de prec. Imper. off.

V. 3. Cap. 12. Cda in 19. vco.

X X X V I I.

An autem princeps cum damno & præjudicio tertij, priuilegium alicui concedere possit: Et posito quod sic, an citatio eorum, de quorum præjudicio agitur, necessaria sit, grauiter à Doctoribus disputatur? ad priorem sub distinctione: a ad alteram negatiuè b respondere placet.

a Dd. communiter in proœm. ff. & in l. vlt. C. si contra ius vel vtil. pub. & in d.l. rescripta. Mynsing. 6. obs. 97. Gaill. 2. obs. 56. b Sarmient. lib. 1. Select. interpret. cap. 8. n. 3. & 12. Zaf. in cons. 16. nu. 3. & 18. vol. 1. Ias. in repet. l. Gallus 8. § & quid si tantum n. 46. & seqq. ff. de lib. & posthum vbi plures pro & contra allegat.

X X X I I X.

Atque hec non modo in priuilegijs de nouo concessis; sed' maximē in priuilegiorum confirmationibus procedant: quia in ijs nihil noui datur, sed priora in eo statu & qualitate, prout sunt, confirmantur.

tex. in c. 1. & ibi gl. ext. de confirm. vtil. & inut. Ias. in l. more maiorum n. 30. ff. de iurisdict. Gail. lib. 2. obs. 1. tex. c. quia intentionis ext. h. tit. vnde requisita & interpretationem prædictam eo magis desiderant Gail. d. loco nu. 14.

X X X I X.

Hinc si per sub & obreptionem impetrata sit à principe confirmation priuilegiū falsi vel nullius, confirmatio inualida erit, etiam si adiectae sint clausule: Quatenus actus valet, confirmamus. Sin minus, de nouo concedimus. Item

Supplentes de plenitudine potestatis omnes defectus,  
tam iuris, quam facti.

Ita tenet Panorm. in c. inter dilectos nu. 8. de fid. instrum. quod  
multum notab. reputat. Ias. in d.l. more n. 36. & seq. de iurisd. Se-  
quitur Gail d.lib. 2. obs. 1. n. 17. Rolan. à Valle in col. 2. n. 160. vol. 1.

#### X L.

*Planè quin de plenitudine potestatis actum nullum atque  
imperfectum confirmando validare posset princeps, si modo de  
voluntate, ac certa scientia eius consit, non dubitatur: a sed  
in dubio id velle non creditur. b*

a Gail d. obs. nu. 16. & 17. Ias. in d.l. more. nu. 30. b Gail d. obs.  
nu. 17. vid. §. thes. 20.

#### X L I.

*An ciuitas petens generalem priuilegiorum confirmationem  
priuilegia exhibere teneatur, si antea hoc facere non  
consecuerit, haud intempestiuè hic in dispectionem venit? Negati-  
tus in desiderata generali confirmatione suffragamur.*

Felin. in c. ad nostram col. fin. verf. vltimo nota. de probat. Alex.  
in conf. 59. vol. 1. & conf. 39. vol. 4. Modest. Pistor. in conf. 37. vol. 1.

#### X L II.

*Neque tantum prædicto modo confirmantur priuilegia; sed  
& antiqua renouantur.*

arg. l. fin. ib. eisdem ciuitatib. C. de diuers. præd. vrb. & rust. tēp.  
lib. xj. Bart. in l. si quis §. nec iterum nu. 4. ff. de edend.

#### X L III.

*Priuilegiorum obiecta circa quæ versantur, sunt potissi-  
mum personæ res & actiones.*

arg. §. fin. Inst. de iur. naturali gent. l. 1. ff. de stat. hom.

#### X L IV.

*Circa personas varie considerantur priuilegia: ita sunt  
priuilegia fori. qualia habent studiosi, a milites, b clerici,  
c nec non y. qui miserabilium personarum nomine censem-  
tur, d & alij.*

a Auth. habita C. ne filius pro pat. & ibi Dd. cōmuniter. b l. si  
quis in conscribendo C. de paet l. pen & ibi Cyn. Bald. & Castr. C.  
de iurisdict. c c. 1. & 2. c. si diligenti §. fin. & in c. significasti de for.  
com-

8.

competent. c. 2. & c. clerici de iud. Gail. I. obs. 37. Myns. I. obs. 22.  
d tex. in l. vnic. C. quando Imp. inter pup. vel vid. vel alias mis-  
rab. person. c. regum 23. q. 5. Maran. in spec. aur. p. 4. dist. 9. n. 77. &  
seqq. Gail. I. obs. n. 40.

### X L V.

*Quo in numero principem ferè locum tenet nobile illud &  
vulgatissimum priuilegium prime instantie, vulgo der Auß-  
träg: quod velratione Principum; vel Prelatorū, Comitum,  
Baronum, aliorumq; Nobilium Imperio immediate subiecto-  
rum in considerationem venit.*

### X L VI.

*Principes ubi se inuicem vel Prælatos, Comites, Barones,  
& Nobiles Imperij conuenire volunt, ipsis ex prescripto tit. 2.  
& 3. Ordinat. Cam. par. 2. procedendum: Si verò Principes ab  
his dem alijsq; priuatis conuentantur, in actorum arbitrio est,  
unum ex octo illis sub tit. 4. Ord. Cam. p. 2. distinctim proposi-  
tis modis eliger.*

I. hæres 19. §. fin. ff. de iudic. I. 2. §. non vtique. ff. de eo quod  
cert. loco, &c.

### X L VII.

*Prælati, Comites, Barones, Nobilesq; Imperij & suo modo  
inter se prime instantie priuilegio fruuntur: à priuatis tam  
forensibus, quam subditis conuenti iudicium in Camera Im-  
periali suscipere coguntur.*

arg. rub. tit. 27. Ordinat. Cam. par. 2. Gail. I. obser. I. nu. 17. 18. 19. &  
46. Myns. I. obs. 89.

### X L IX.

*Ciuitates Imperiales (nisi ex priuilegio vel longissimi tem-  
poris prescriptione besondere außtrâge acquiserint) Ca-  
meram quoque iudicem habent: ut & ciuitates Ducales  
vel municipales à suis Principibus statim in Camera conue-  
niri possunt.*

Gaill. d. obs. I. num. 18. & 20. Fichard. in conf. 129. in 3. quæst. p. 2.  
Myns. 5. obs. I.

### X L X.

*Virobique autem tam in aliorum inferiorum Statuum &*

Nobilium Imperij, a quam Principum (extra quam si coram Consiliariis iuri stent) Austragēn reconuentioni locum esse verius est. b

a hoc negat Ioan. Sichard. in l. Papin. nu. 9. C. de sent. & interloc. b per not. Zaf. 2 sing. respons. 37. in pr. fac. c. ex literis de multis petit. Menoch. 2. arb. iud. quæst. cas. 184. Idem Menoch. 1. arb. iud. quæst. 44. nu. 6.

### L.

Quid si Duci aut Principi, ut Comiti à priuato moueatur controuersia, an priuilegium der Austrag cessabit? id etiam eo casu, ubi Comitatum tantum, vel inferiora bona possederit, negarim.

arg. eorum quæ not. Gaill. in tract. de arrest. c. 6. n. 6. & seqq.

### L I.

Hinc ergo efficitur Duces & Principes, Ducatu licet carentes, sessionem nihilominus atq. vota in Senatum Principum, ut Principes in Comitiis Imperij obtinere.

### L II.

Plurimum immediatè Imperio subiectorum, quorum singuli habeant sua priuilegia der Austrag, unâ actione conuenientiorum, quis erit index? causam in Imperij tribunali ventilandam putarem, maximè ubi citra distinctionem continetiae causæ priuilegia cum omnibus suis requisitis seruari non possent.

per not. à Myns. 1. obser. 97. & Gaill. 1. obs. 32. Menoch. lib. 2. arb. iud. quæst. cas. 371. fac. 1. fin. ff. rem pup. vel adul. salu. &c.

### L III.

Idem iuris statuo. si Princeps eiusq. subditus eadem de causa in ius vocandi sint: dummodo tamen subditus non ut officialis, nomine & iusu Principis egerit; quo posteriori casu causam ad Austrag remittendam concludo.

tit. 4. ord. Cam. par. 2. in pr. versic. Doch das der Ambtsmann ic.

### L IV.

Sic sunt priuilegia de omnino non (qualia olim Prefecto prato-

